

F^o 63^r

Millesimo trecentesimo LXXII, die x Augusti.

1

Quod scribatur rectoribus Crete in hac forma. Intelleximus litteras uestras super facto pagarum, quas facere tenentur feudati nostri Crete, pro suis feudis, et quod plura pignora pro pagis predictis non solutis sunt in cameraria Candide etc. Propter quas rescribimus uobis efficaciter mandantes quantum possumus, quatenus omni occasione remota, infra duos menses a die presentis nostri mandati recepti per uos, omnia pignora, que, sunt consignata, ut dictum est in cameraria predicta pro pagis ipsorum feudatorum non solutis, debeatis uendi facere et expediri sine mora sub pena ducatorum centum pro quolibet uestrum in uestris proprijs bonis, quam penam dehinc commissimum exigendam officialibus nostris rationum, de qua habeant partem, ut de alijs penis suo officio commissis. Insuper mandamus uobis, quatenus quintam et sextam pagam a feudatis predictis similiter exigere debeatis et exigi quam citius fieri poterit, ne commune nostrum damnum incurrat, set sit integraliter satisfactum et si uobis presentaretur aliquod pignus pro dictis pagis tale pignus sit presentatum, non possitis retinere nec retineri facere ultra unum mensem, set faciatis illud uendi sub pena predicta: Et similiter obseruetis pro omnibus alijs pagis, que restabunt in posterum solui, ita quod commune nostrum cum integritate habeat suum rectum.

5

10

15

18

19

Διὰ θεσπίσματος ἀπὸ 10 Φεβρουαρίου 1371 κατηργήθησαν οἱ δασμοὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου λειανικῆς πωλήσεως ἐν Κρήτῃ καὶ ἕτερος δασμὸς ἐπὶ τῆς ἐξαγωγῆς τοῦ οἴνου ἐκ τῆς νήσου. Ἀντὶ τούτων ἐφορολογήθη τὸ γλεῦκος γενικῶς δι' ὑπερπύρων δύο τὰ ἑκατὸν μιστάτα. Ἀλλ' ἡ γενικὴ αὕτη φορολογία ἀνταπεκρίθη κακῶς ἐπὶ προφανεῖ ζημίᾳ τῆς κοινότητος. Διὰ ταῦτα ἀποφασίζεται νὰ καταργηθῇ ὁ φόρος τοῦ γλεῦκος καὶ νὰ ἐπανέλθῃ ὁ δασμὸς ἐπὶ τοῦ οἴνου λειανικῆς πωλήσεως καὶ ὁ δασμὸς ἐπὶ τῆς ἐξαγωγῆς, ὡς πρότερον. 1374, Ἰανουαρίου 16.

F^o 74^r

Millesimo trecentesimo LXXIII, die xvi Januarij.

1

Capta. Cum alias per partem captam in isto consilio millesimo trecentesimo, LXX, die x Februarij fecerint reuocata datia uini quod uendebatur ad spinam in insula Crete, et aliud datium impositum uino ad extrahendum de insula et fuerit prouisum quod imponeretur datium toti uino musto, totius insule Crete de yperperis duobus pro quolibet centenario mistatorum, etc. ut in dicto ordine continetur. Et sicut notum est, dictum datium impositum uino musto totius insule Crete male et pessime respondidit cum damno notabili nostri communis et penis respondebit nisi subito prouideatur; uadit pars considerato quod res ista satis probata est sicut scribit regimen Crete quod reuocetur ordo et pars alias capta in rogatis de datio imposito uino musto insule Crete et reducantur datia uini ad spinam et datium uini ad extrahendum de insula ut primo exigebantur, ante-

5

10



- quam dictus ordo et pars capta foret. Et mandetur duche et consiliarijs Crete et alijs rectoribus insule Crete quod sic debeant obseruare et facere de cetero obseruari. Et si uideretur duche et consiliarijs Crete uel maiori parti esse melius et utilius dare dicta datia ad incantum et maius auantagium communis faciant in predictis ut eis melius uidebitur pro nostro communi dando ipsa datia bonis personis et cum bona securitate et habendo respectum ad pretia que exigī solebant quando uendebatur uinum ad spinam. 43—de non 3—non sinseri 8.

20

Περὶ ἐξοπλισμοῦ δύο κατέργων ἐσπευσμένως πρὸς ὑποστήριξιν τοῦ ἐμπορίου μεταξύ τῶν ὑπὸ τὸν Σουλτάνον χωρῶν καὶ τῆς Κρήτης. 1374, Φεβρουαρίου 27.

Ἐν συνεχείᾳ θεσπίζεται ὅτι ἐν λόγῳ δύο κάτεργα θὰ εἶναι τύπου βουκενταύρου.

Ἀλλὰ μετὰ τινος ἡμέρας ἀνακαλεῖται καὶ θεσπίζεται ὅτι τὰ δύο κάτεργα θὰ εἶναι τύπου καὶ διαστάσεων κατέργων ἐκτελούντων τὸ ταξίδιον Ρωμανίας. Συγκαλουμένου τοῦ Συμβουλίου τὸ προσεχὲς Σάββατον, θέλουσι δοθῇ αἱ διαταγαὶ ἐμπορίας, φορτώσεως καὶ πλειστηριασμοῦ καθὼς ἐπίσης θέλει κανονισθῇ καὶ ἡ ἐπιστροφή των. 1374, Μαρτίου 2.

Galee ad traficū Crete.

F^o 82^r

Ser Tadeus Justinianus miles	}	sapientes Crete.
Ser Baldus Quirino		
Ser Franciscus Foscolo		

Millesimo trecentesimo LXXIII, die XXVII Februarij.

- 5 Quia propter noua que habentur omnibus satis nota, clare comprehendī potest per omnes, quod usque bonum tempus facta Cipri non erunt in securo et bono termino in facto fatiendi ibi mercationes, ita quod necessario expedit prouidere saluti et bono nostro et mercatorum nostrorum et attendere ad nauigandum et mercandum pro conseruatione status nostri, nec aliter facere possumus
- 10 ad uolendum sustinere nos; uadit pars quia omnis dilatio nociua est quod ordinetur quod cum nostris galeis de gratia, quas habemus a domino papa, debeant traficari de partibus et insula nostra Crete ad terras et loca Soldano subiectas per illum modum et sicut uidebitur isti consilio, donec uenerit nobis specialis gratia missa ad impetrandum a domino papa.
- 15 Et pro executione istius bone et utilis intentionis mandetur patronis arsenatus quod quam cicius esse potest fatiant fulciri et poni in ordine duas galeas de illa mensura que uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus Crete uel maiori parti, quod collegium teneatur hoc terminasse per sacramentum infra tercium diem omni causa remota. De modo uero caricandi mercationes et hauere
- 20 in Venecijs super dictis galeis et de modo et ordine traficandi de partibus Crete